



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 18. Ferdinandi Cæsaris tanquam Hungariæ Regis Oratores in Synodo excepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

trasque gestare tenentur: porro id ipsum Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
postea in Synodo fuit observatum.

§. XVIII.

Ferdinandi Cæsaris tanquam Hungaricæ Regis Oratores in Synodo excepti.

Die sexta Februarii Ferdinandi Hungaricæ Regis Oratores mox recipiendi jam jam cum magnifico comitatu in Legati Pontificii ædibus convenerant: cum vero locum Cardinale Madrutio honoratiorem occupare, solisque Papæ Legatis cedere, se a Cæsare jussos fuisse assererent, illis in responsis datum, quod Ferdinandi mandata haud aliter, quam Caroli V. jussa suis Legatis data sint interpretanda, ac proin tunc, si præter Legatos nullus alius interesset Cardinalis, primum a Pontificiis locum Ferdinandi Oratoribus tribuatur, unde factum, ut isti cedere obstringerentur, quando Tridentinus, & Pacceus Cardinales assistebant. Oratoribus hac ratione placatis ad eorum receptionem procedebatur, duoque Episcopi fuere ablegati, qui eos ad Synodum deducerent, ad quam cum omnibus illis, qui ingredi petebant, introducti fuere, ubi postea Pragensis Archiepiscopus mandati sui literas porrexit, quæ demum publice fuerunt recitatae.

Instruct. p. 81

A a 5

His

Sæcul XVI.

A. C. 1562.

His finitis Quinqueecclesiensis Episcopus pariter Cæsaris epistolam, quæ itidem perlecta fuerat, exhibuit, & suum erga Patres obsequium, ac venerationem testatus pollicitus est, quod suam illis operam pro Ecclesiæ incremento jungere vellet. Absolutis, hisce solemnibus recesserunt ambo Oratores, & Patres Massarelo, qui Synodo a secretis erat, desuper eorum sententiam rogante, hosce Legatos esse recipiendos, consenserunt omnes, exceptis tribus Lusitanis Braccarensi Archiepiscopo, Casparo Cabalio Leriano Antistite, & Joanne Xates Conimbricensi Episcopo, qui sese opposcentes palam declarabant, quod alloquium Quinqueecclesiensi Episcopo tanquam Hungariæ Regis Oratori concessum nullatenus Lusitanicæ Regis prærogativæ fraudi esse posset: eorum tamen repugnantia nullatenus obstabat, quo minus ambo Oratores ad confesum redire juberentur, quibus Massarelus prælegerat Patrum responsa, quæ Cæsaris commendatione, ac Oratorum ab eo missorum laudibus abundabant: porro cuncta hucusque gesta dein a Scribis ad acta fuere relata.

§. XIX.

*Lusitanicæ Orator in Synodo
receptus.*

Altera